& ꝙ postea habeat alius & sic successiue post mortē primi donatarij, proprietas & possessio rei donatæ transit, sine alia apprehensiõe, in sequentem donatarium, & idem & amplius hoc patet per legem Ip no. rec. est l.8. tit. 7. li. 5. 45. in ordin. Tauri vbi quod in rebus maiorię, mortuo eo qui de pręsenti tenebat, possessio ciuilis & naturalis sine alio apprehẽsionis actu transit in sequentem in gradu, qui vocatur ad maioriam secundum eius tenorem, & dispositionem, licet alius in vita illius, qui primo tenebat, vel eo mortuo acceperit possessionē bonorũ maioriæ, & non est dubium quin hoc posset fieri per l. vel consuetudinem vt est casus in l. raptores. C. de episc. & cler. & ibi hoc not. Bar. & Ange. in l. qui vniuersas. §. 1. ff. de acqui. poss. quã possessionē Bal. appellat ciuilissimam in rub. de conten. inter me. & domi. & in l. fi. C. de sacrosanct. eccle. & tradit Alex. in l. 1. in prin. col. 15. & 16. de acqui. poss. cum igitur intrãs de facto res subiectas restitutioni, quæ ex tenore maiorię donatiõis vel prelegati (quod etiã est donatio a defuncto relicta. vt Inst. de leg. in prin.) debet post vnum deuenire ad aliũ non habeat possessionem naturalem, nec ciuilem, quæ causat præscriptionem, & sine qua non pręscribitur. vt notat gl. Bar. & doct. in d. l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poss. & in l. 1. C. de serui. fugi. nullo modo poterit pręscribere cũ sine possessione pręscriptio nõ pcedat. reg. sine possessione. de reg. iur. in 6. l. sine possessione. ff. de vsucap. & si sola possessio ciuilis etiã stante apud aliud naturali, impedit pręscriptionē iuxta notata per gl. & doct. in d. l. 1. C. de seruis fugi quanto magis vbi necdum ciuilis verum etiã naturalis residet penes vocatum ad donationem, seu maioriã per dictas leges regni nec obstat si quis diceret, quod pędicta procederent in pręscriptio ne longi tẽporis: sed in præscriptionem temporis longissimi nõ procederent: quia talis longissima pręscriptio sine possessione videtur procedere quia non præscribitur res: sed contra actionem prout voluit Bal. in d. l. 1. C. de seruis fugi. & ibi declarat Paul. de Cast. & Ias. nam respõdetur, ꝙ dato quod contra rei vendicationē tem pore lõgissimo pręscriberetur secundum opinionem prædictorum: non tamen per hoc præscribens acquireret dominium vtile nec directũ. vt declarat ibi Paul. de Cast. & suadet viua ratio: quia dominiũ nõ posset præscriptione acquiri sine possessione. & hoc dato habemus intẽtum: quia cum sequens successor non reperiat dominium rei præsciptum competit sibi noua vtilis rei vendicatio, per. l. quotiens. C. de do. quæ sub modo. declarat Iacob. Aluarotus in dicto capit. 1. §. hoc quoq; succes. feud. cõtra quam non potuit præscribi antequã nasceretur d. l. cũ notissimi. §. illud & hæc est subtilis & elegans consideratio. sed iterum posset instari ex aduerso, quod præscriptione longissimi tẽporis possidens bona fide acquirit necdũ exceptionem: verum etiã vtile dominiũ rei. vt est casus in l. si quis emptionis. §. 1. C. de pręscri. 30. vel. 40. anno. vnde videtur qđ possessores præscribentes acquisierint vtile dominum: sed responderi potest ꝙ d. l. si quis emptionis §. 1. loquitur & procedit quando erat possessio rei penes bonæ fidei possessorem quę hic non erat ex dispositione dictarum legum regni quod si dicatur quod ex longa obliuiõe ista possessio quam dictę leges regni transierunt in sequentē in gradu fuit perdita, & ea amissa per longi temporis obliuionem possidens naturaliter potuit præscribere, vt communiter Bart. & cæteri doct. declarant in d. l. prima. C. de seruis fugi. cum ciuilis possessio, quę animo retinetur perdatur per obliuionem & ex longo tempore causatur obliuio. l. si id quod in prin. ff. de acqui. pos. & notat glo. in l. si de eo. §. 1. vbi doct. ff. eo. tit. & in l. furtum. §. 1. ff. de vsucap. & in plerisque alijs locis doct. sed responderi potest: ꝙ in ista possessione ciuilissima quę a l. trasfertur in vocatos ad maioriam & eorũ fauore non sit consideranda talis obliuio: & quod sicut tradendo realem possessionē non pręiudicaretur sequenti vocato vt patet in d. l. Tauri sic a fortiori, nec negligẽdo per obliuionē. Accedat etiam in corroborationem prędictorũ notabilis decisio Ioan. And. in additio. ad Specula. in rubri. de feud. colũ. 1. versicu. 28. quæst. vbi dicit, quod si vassallus alienauit rem feudalem ignorante directo domino, quod ille, in quem alienauit rē possit per. 30 annos præscribere in præiudicium vassalli, non tamē in præiudiciũ directi domini: quia cum directus dominus retineat ciuilem possessionem in re feudali, interim alius nõ potest inchore pręscriptionem & allegat glo. in dicta. l. 1. C. de seruis fugi. vbi Ange. & Fulgo. sequuntur doctri. Ioan. And. nec adhoc obstat, si diceretur, quod dictæ. ll. regni loquentes de continuatione possessionis procedant, nisi mortuo defuncto, vel eo viuo possessio ab alio fuerit apprehensa prout est casus noster, nam talis actualis apprehensio impediret dictam fictam cõtinuationem iuxta. l. Pomponius. §. quæsitum vbi hoc in terminis dicit Rapha. Cuma. ff. de acqui. posse. & refert Alexan. licet non firmet in l. cum hæredes. in princi. ff. eodē tit. & firmat consi. 81. vol. 2. pro quo est glo. valde notabi. in. l. cum miles. in prin. in glo. mag. ad finem. ff. ex quib. caus. maio. nam respondeo, quod hæc obiectio, quæ fieri posset, fuit sublata per d. l. Tauri, vbi expresse disponitur, ꝙ talis continuatio possessionis non impediatur ex actuali possessione alterius. & sic illa pulchra. l. hoc induxit. ad doctrinam Bar. in d. §. diui. respondetur quia vt dixi duo fundamenta, per quæ Bar. se fundat, potius faciunt cõtra eum vt superius deduxi & ipse Bart. in alijs locis tenuit contrarium, & opinio contra Bar. in. d. §. diui. est magis cõmunis prout adducit & affirmat Philip. Cornelius. 3. vol. cõsi. 294. col. pe. & fin. imo & si bene inspiciciatur dictum Bar. in. d. §. diui. & doct. tenentium cum eo, ex ratione quam assignat Bart. aperte colligitur in quæst. præsenti. nullum fore locũ præscriptioni: nã ratio Bar. est quod ex eo ꝙ in pręscriptione videdetur inesse cõsensus tacitus eorũ contra quos pręscriptio fit sicut cõsentientibus expresse illis, quorum fauore facta fuit prohibitio alienationis, posset alienari. vt in. l. quotiens. C. de fideicõmis. sic, & pręscribi. patet ergo esse de intentione Barto. a ratiõe cessante ꝙ si alijs de vocatis ad fideicõmissum non consentiret alienatonis tacitæ, vel expressæ, quod contra illum non posset pręscribi & dato quod illa opinio Bar. foret vera, intentio Bar. est dicere, quod ille qui poterat agere ad rem subiectam restitutioni, si passus fuit cõtra se pręscribi, non agat: qui vero nõ erat paratus vel nõ poterat agerē, quomodo videatur consentire, non video. Similiter nec obstat opinio Paul. de Castr. in d. §. sed quia nostra. tum quia, vt dixi, per illum textũ. videtur cõfundi eius opinio: tum etiã, quia Pau. de Cast. nõ dicit, quod si per. 30. annos sit prescriptum cõtra fideicommissarium, cuius dies cessit, qđ per hoc excludatur sequēs in gradu vocatus ad fideicõmissum: nã quod sequēs in gradu excluderetur, nõ dicit nec fuit de eius intentione & in hoc ipse dixerat contrarium prout dixi in consilio præ allegato. 158. vo. 2. præterea Pau. de Cast. loquit in re subiecta restitutioni, per viã fideicõmissi & vbi non est expressa prohibitio testatoris de non alienando, prout fuit in nostro casu, in quo est diuersa ratio: quia fortioris potẽtiæ est prohibitio expressa testatoris, quam tacita, quod patet quia quando testator expresse prohibet alienationem, totaliter impeditur dominij translatio: secus vero si tacite. glo. sing. in. l. cum pater. §. libertis. in parte, nec alienaret. ff. de lega. 2. quam gl. commēdat Bal. in c. 1. de prohib. feud. aliena per Lotha. ad finē. accedat quod singulariter dicit Bal. in. §. donare. qualit feud. aliena. possit. vbi dicit ꝙ authen. res quę. C. com. de leg. nõ habet locũ vbi est expressa prohibitio testatoris: ꝙ non alienatur & solum procedit in casu proprio, & induco etiam ad pędicta Bal. in c. præterea. de ca. corra. vbi gl. tenet ꝙ licet vassallus non possit alteri feudum vendere, potest tamen infeudare. quærit ibi Bald. quid si sit appositum pactum expressum de non alienando, an tunc possit infeudari. & respondit, quod nõ assignans rationem, vt pactũ aliqd operetur: & quia quãdo prohibitio noua adijcitur prohibitioni veteri: debet ampliare, quod est notandum ad propositum. cõfert etiã quod adducit Socinus referendo Pau. de Cast. in cons. 163. pe. col. volu. 2. vbi facit differentiam inter clausulam derogatoriam ex dispositione. l. in testamenta inter liberos. ab illa quæ specialiter & expresse ponitur per testatorem in testamento: & possent in simili adduci alia multa, quę omitto. non obstant etiam inconueniẽtia illa quę adduxi. & deducit Corneus in d. consi. 304. quod dominium tam radicatum conuolet adueniente die vel conditione in sequentem in gradu contra reg. id quod nostrũ, quia negatur eius assumptum quod præscribens acquisierit sibi dominiũ rei prohibitæ alienari, prout deduxi superius in fundamentis pro ista vltima parte, & bene potest stare quod præscribatur actio contra negligentem: & tamen nõ acquiratur dominium præscribenti in præiudicium sequentium, quibus adhuc non cessit dies. ista est intentio docto. communiter dicentium quod præscriptio in re feudali, vel quæ alias ex dispositione testatoris debet ordine successiuo venire ad agnatos, vel cognatos: non nocet sequenti in gradu de quorum mente est supponere, quod dominium rei non sit acquisitum, vt cesset dictum inconueniens. & bene potest stare quod quis acquirat præscriptione ius excipiendi cõtra actionē, & non dominium rei. vt in. l. si quis emptionis. §. primo. C. de pręscript. 30. vel. 40. anno. & constat qđ de intẽtione doct. sit ꝙ nec præscriptio. 30. annorum nocet sequenti, cui dies adhuc non cessit cũ loquantur in feudo, in quo minor pręscriptio nõ currit. vt in dicto. §. si quis. per 30. & ꝙ de intentione Paul. de Cast. sit loqui respectu illius cui dies cessit & nõ aliorum. patet ex eius dictis in. d. §. sed quia nostra. cũ dicit ꝙ in præscriptione longi tẽporis, etiam postea quã dies cessit, nõ nocebit, fidicõmissario licet secus esset in pręscriptione longissimi tẽporis: & sic loquitur tantum respectu illius cui dies cessit, & in alijs vult non nocere, cum superius dicat dãdo rationem cur pendente conditione non procedat præscriptio, dicens esse ex eo: quia fideicommissarius agere non potest, & non valenti agere non currit præscriptio. præterea non reputatur a l. inconueniens, quod dominium rei prohibitæ alienari sit pendente conditione, & antequam cedat dies fidei commissi apud illum in quem

ron que dexasse el vassallo que tuuiesse feudo del señor estouiesse año e dia [a] despues de la muerte de su padre, q̃ nõ viniesse ante el señor, que diera el feudo a

grauatus alienauit, & quod istud expiret, & dominiũ conuolet, in fidei commissariũ adueniente die fidei cõmissi, vt in l. seruo legato. §. 1. ff. de lega. 1. & l. si fundũ. ff. de cond. & demonst. & nimirum ꝙ sit idem in alienatione per prescriptionem, quod in alienatione per cõtractum cum præscriptio fundetur in negligentia & tacito consensu illius cõtra quem præscribitur vt notat Bar. in d. §. diui, & non est amplioris potentiæ prescriptio in hoc casu quam verus titulus cũ voluntate tradẽtis Bal. in l. nullo. C. de rei vend. & cuius nõ noceret alienatio nec contra eum lapsa præscriptio vt supra deduxi & est communis sententia doct. & procederent hæc præsertim cũ omnes possessores pretendant titulum a grauato quem cõprehendit & ligare potest prohibitio testatoris, qui sicut nõ potuit alienare: sic nec trãsferre vsucapiendi vel prescribẽdi conditionẽ. l. 2. & quod ibi not. Bal. de vsu. pro emp. & per hæc tolluntur responsiones fragiles, quas adduxit Corneus in d. cons. ad d. l. seruo legato & l. si fundum. ꝙ prescriptio 30. vel. 40. annorum perfectionem & complemẽtum acceperit: nam certum est quod adhoc vt rationes adductę per Corneum in d. cons. aliquatenus possent facere, esset necesse ꝙ in personam vnius in quã cessit dies fidei cõmissi tota prescriptio. 30. seu. 40. annorum cõpleatur, vt sic dominio acquisito prout ipse vult non cõuolaret in alium & nõ sufficeret, quod in personis plurium successiue vocatorum ad fidei cõmissum compleretur, prout ipsemet Corneus tenet pro constanti in d. cons. 304. col. pen. cum dicit sin autem ante finitam longi temporis præscrictionem cessisset dies fideicommissi: & fidei commissarius consecutus fuisset dominium rei relictæ: & consequenter oportet. qđ possessor niteretur præscriptione aduersus ius quęsitum ipsi fidei commissario: tunc ratio viua suaderet, quod tempus antea lapsum non haberet obstaret ipsi fideicommissario & actioni suę licet postea cõpleretur tempus quod restabat ad præscriptionẽ complendã: tunc enim militat ratio. d. §. illud & reg. supra dicta, & maxime Bal. qui ibi in lectura noua facit mentionem de prescriptione lõgissimi tẽporis sentiẽs, quod in casu illius. §. prescriptio lõgissimi tẽporis nõ obstet fideicõmissario conditionali per reg. d. §. illud hæc sunt verba sua per quę aperte vult qđ predixi & hęc apertius procedent, stãte d. dispositione. ll. regni quibus cauetur, vt immediate, & ipso iure possessio transeat in sequentem vacatum: nam & tunc alia ratione noua præscriptione, & integra opus est: cum fiat interruptio per amissionem possessionis. l. naturaliter. ff. de vsucap. l. pen. tit. 29. part. 3. & solus defectus siue amissio possessionis hoc operatur, cum possessio ciuilis sit quæ causat præscriptionem, vt notat glo. & communiter docto. in d. l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. posses. & in d. l. 1. C. de ser. fug. itaq; cum per aduentum diei, quo cedit dies fideicommissi, seu maiorię præscriptio cœpta interrumpatur, de toto tẽpore præterito non curatur: sed opus est de nouo & ex integro præscriptionẽ inchoare, vt est tex. in d. l. pe. tit. 29. part. 3. & in l. si ædes. §. libertas, & ibi notat Bal. ff. de seruit. vrba. predio. Abb. in c. cũ non liceat. & in c. illud. de præscrip. nec obstat similiter quod adductũ fuit de sentẽtia, quod lata super re alienari prohibita cõtra ipsum prohibitũ. quod noceat ei, in quem res debeat venire ex fideicõmisso. nam contrariũ tenet Bar. in d. l. filius familias. §. diui. & licet aliqui teneãt contra Bar. vt Ang. Imola & Alex. ibi & Felin. in c. quanuis. col. pe. de re iud. tamen in quæst. nostra indubitãter videtur verior & communior opinio Bart. cum succedentes in maioria non succedant iure hereditario: sed ex proppria persona successiue, sicut habemus expressum in agnatis, qui ex propria persona successiue veniunt in feudo antiquo: quod sententia lata cõtra vnum non nocet alijs agnatis vt cõcludit And. de Yser. in c. 1. §. si vasallus. si de feud. fue. cont. inter domi. & agna. & idem tenet ibi Iaco. Aluaro. & Felin. in c. si. col. 2. de maio. & obed. & sequitur Phili. Deci. d. cons. 445. col. 6. vbi dicit esse communem opinio. & ibi alia adducit quę referre nõ curo. præterea Imola & docto. volentes (contra Bar. in d. §. diui) qđ sentẽtia noceat fideicõmissario. limitãt ita tamen quod fidei cõmissarius poterit pro suo interesse a tali sententia appellare, quando sententia erit, sibi notificata: nec curret sibi tempus ad appellandum antequam sit certificatus de tenore sententiæ, vt dicit Alex. in d. §. diui colum. 4. & Felin. in d. c. quanuis col. pen. & sic in effectu omnes concordant, quod sententia sibi non præiudicet ex quo non transit in rem iudicatam contra ipsum. præterea in sententia est multum diuersa ratio quam in præscriptione: cum iudicium reddatur in inuitum, & nõ est quid imputetur ei, contra quem lata est. quod cessat in præscriptione in qua adest eius incuria, & negligentia, quæ non debet præiudicare sequẽti: qui ad fideicõmissum vocatus est: & habemus expressum qđ ei non præiudicet, prout superius late deduxi. Similiter non obstat consi. Socini, quod adducebam ꝙ inter collaterales posset præscribi maioratus, etiam contra eius constitutionem: nã vt supra dixi, cõtrariũ videtur verius de iure, & quia Socinus non dicit, quod talis prescriptio noceat sequẽtibus vocatis ad maioriam, quibus dies adhuc non cessit, nec etiam loquitur Socinus, quando præscribentes haberent causam a prohibito prout est in casu nostro, in quo nulla est dubitatio, qđ tali casu non habeat locũ præscriptio: preterea loquitur Socinus in iuribus primogenituræ, & vbi nõ est prohibitio alienationis, & per cõsequens præscriptionis, quod patet ex fundamẽto, cũ dicit, quod ius primogenituræ potest donari & vendi, & per consequens præscribi: & sic loquitur in casu, in quo alienatio, nõ est prohibita. preterea fundat se in doctrina Bart. in d. §. diui, contra quem, vt dixi, est cõmunis opinio. nec etiam obstat vltimũ quod adducebatur, de præscriptione feudi: quia sublatum est per predicta, cum communis sit sentẽtia, quod nõ noceat agnatis successiue vocatis ad feudũ.

Ad. ti. quæ fuit. 1. causa. bene- fic. amitt. in lib. feud.

Pro resolutiõe huius quæstionis videtur qđ distinguendi sint aliqui casus.

Prim° casus.

Primus qñ ei, contra quem prescribitur, qui vocatus erat ad maioriam, non erat impeditus agere impedimẽto iuris: veluti quia vltra prohibitionem legis prohibentis alienationem rei subiectæ restitutioni concurrebat etiã prohibitio hominis de non alienãdo, quo casu in re alienata per possessorem, statim eius morte non expectata admittuntur ad reuocationẽ alienationis, & ad petendum rem alienatã sequentes post eũ vocati: ita qđ fideicõmissa quæ prius erãt cõditionalia: quia vocabantur post mortem possessoris, efficiuntur pura vt statim agatur, vt est tex. in l. cum pater. §. libertiis. ff. de leg. 2. tradit Paul. in l. pe. to. §. fratre. eo. ti. & in d. l. filius familias. §. diui. col. 2. ff. de legat. primo. & sic isto casu præscribi possit contra talẽ vocatum, non impeditum agere, non præscriptione longi tẽporis: sed præscriptione lõgissimi temporis, & ita procedunt quæ dicta sunt ex dictis Paul. de Cast. in d. §. sed quia nostra maiestas. & in hoc omnes doct. videntur conuenire.

2. cas°.

Sit secundus casus quando sequens vocatus non poterat statim agere: sed de necessitate tenebatur sperare mortem primi ante eum vocati, & tũc sine dubio videtur, quod nõ possit præscribi cõtra eũ, ex quo impeditus est agere. l. atillicinus. ff. de seru. vrba. prædi. d. l. 1. C. de anna. excep. quia cum prescriptio inducta sit in odium negligẽtis, vt habetur in d. l. 1. & huic nõ possit negligẽtia imputari ex quo est impeditus agere: merito non potest cõtra eum præscribi & in hoc similiter omnes doctores conuenire videntur.

3. cas°.

Sit tertius casus quando præscribens nõ habet titulum a prohibitis alienare. sed ab alio. quo casu Bal. in l. 2. C. de vsuca. pro empto. voluit, ꝙ tũc prescribatur contra sequẽtem vocatum, cũ non habeat causam a prohibito, quod dictum mihi est valde dubiũ quia Bal. in hoc loquitur sine lege: & quia Bal. non loquitur aperte in rebus subiectis restitutioni: sed in rebus prohibitis alienari, vt constat ex suo fundamento & nouissime perpẽdit Rodericus Suarez in suis allegationibus allega. 3. vnde adhuc crederem, quod idem esset & si haberet titulum a tertio, sicut a prohibito quo ad respectum præscribendi contra sequẽtes vocatos ad maioriã.

4. cas9

Sit quartus casus an dato ꝙ præscriptio inchoaretur & finiretur, contra sequentem priori loco vocatũ: & esset præscriptio longissimi temporis vtrum talis prescriptio noceret sequentibus vocatis ad maioriã natis forsitan vel non natis: & in hoc vt dixi. Philippus Corneus cõsuluit quod omnibus præiudicet per prædicta fundamenta, quibus iam est responsum & iste casus est magis dubius: sed in puncto iuris crederem talem præscriptionem alijs posterius vocatis non nocere, & quod veniente die suæ vocationis agere possint per superius deducta, super quo tu latius cogita: quia pro nunc non video rationem sufficientem, quæ inclinare me possit in contrariam sententiam.

5. cas9.

Sit quintus casus quando præscriptio esset de tempore immemoriali, & isto casu crederem præscriptionem omnibus vocatis preiudicare: ex q̃ talis prescriptio habet vim tituli, & priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quoti. & esti. c. super quibusdã. §. præterea. de verb. sig. & voluit Rod. Sua. d. 3. allegatio.

a ¶ *Año e dia.* Adde capit. primum in principio, quæ fuit prima caus. bene. amit. & procedit non solum in masculo verum etiam in fœmina secundum Bald. in §. præterea si quis feudatarius. de prohi. feud. alie. per freder. & procedit etiam si antecessor fecisset iuramentum fidelitatis pro se & successoribus suis secundum Ioannem Andream in cap. veritatis. de iureiurando & communiter doctores canonistæ licet contrarium tenet Baldus in l. vnica. versicul. excepto. C. de cadu. tollen. & non currit iste annus & dies nisi a tempore quo filius se immiscuit hæreditati paternæ capit. primo in principio & ibi Bald. de capit. corra. & quid si post istud tempus dominus vasallum recipiat. vi. glo. in c. 1. quo tempo. miles.

su padre, a fazer pleyto e omenaje de guardar le lealtad, por aquel feudo, e de fazer le seruicio por el, en la manera que su padre era tenudo delo fazer, quãdo era biuo: que pierde porende el feudo: fueras ende, si fuesse menor de catorze años [a]. Ca estonce non lo pierde. Esso mismo dezimos q̃ deue fazer el vassallo: o el su fijo al heredero del Señor [b], despues que fuer muerto su Señor.

¶ *Ley. XI. Quien deuen ser juezes, entre el Señor e el vassallo, quando contienda hã entre si por razon del feudo.* #

Contienda acaesciendo entre el Señor e el vassallo, sobre el feudo, diziẽdo el Señor [c] que auia fecho el vassallo porque lo deue perder, e el otro dixesse que nõ era assi, e que le queria complir de derecho estonce tal pleyto como este: o otro semejante del, non deue ser librado por el señor ante dezimos, que si el señor ouiere otros vassallos [d], que tengan feudo del deuen el señor e el vassallo tomar vno, o dos dellos [e], en que acordassen amos, que lo oyan, e lo libren, e desque ellos assi escogieren, e les dieren poder de lo librar, deue cada vno dellos auer por firme, e estar por lo que ellos juzgaren [f]. Mas las otras contiendas que acaescieren entre los vassallos, sobre los feudos que tuuieren de vn señor, el los deue oyr, e librar [g]. E si la contienda fuere entre el vassallo, e otro ome estraño, estonce el juez ordinario, [h] que oye todo los pleytos: lo deue librar maguer aquello sobre que han la contienda, sea del feudo. Esso mismo seria, si la contienda fuesse entre vassallos de dos señores. E lo que diximos en este titulo, de los vassallos que tienen feudo, entiendese tambien de los vassallos de los otros señores, como de los que lo tienen de los Reyes. E de todas las otras maneras en q̃ son tenudos los vassallos de guardar a sus señores, e si fazen yerro contra ellos, que pena merescen: mostramos lo assaz complidamente en la segunda partida deste libro: do fabla de las huestes, e de las guerras.

Titulo: XXVII. Del debdo que han los omes entre si por razon de amistad.

Mistad es cosa que ayunta mucho la voluntad a los omes, para amarse mucho Ca segun dixeron los sabios antiguos, el verdadero amor passa todos los debdos [i]. E pues que en el titulo ante deste fablamos dl debdo: que es entre los vassallos, e los señores, por naturaleza, e por bien fecho, por serui-

5 a ¶ *Catorze años* Capit. primum. §. præterea si quis infeudatus de prohi. feud. alie. per Fred.

6 b ¶ *Al heredero del Señor.* Adde cap. primum quo tempo. miles, vbi text. limitat nisi iusta causa impediat vel iusta absentia, & aduerte quod licet vasallus perderet feudum propter non petitam inuestituram infra annum, & diem non tamen hoc noceret eius filijs, vel cęteris agnatis, quando feudum esset paternum, vt tenet Andreas de Yser. in d. c. 1. Aluarotus in d. ca. primo decimanona conclusione quæ fuit. 1. causa benefi. amitten. quæ opinio est tenenda licet Bald. post Odofre. voluisse videtur cõtrarium in capi. primo si vasall. feud. priue. secundum Soci. cõs. 66. colu. quarta. tertio. vol. vbi vid. per eum ad materiam huius legis in secundo dubio, & quid si iuramẽtum fidelitatis fuit præstitum defuncto pro se, & successoribus suis: vide quæ dixi supra in glos. supra verbo año, e dia, & vi. per Alexandrum con. 97. primo volum. colum. fin.

Ad. ti. quo tẽpo. miles. in lib. feud.

Solorz. de ... c. 28. n. 14.

¶ *Lex.* XI.

Controuersia feudi inter dominum, & vasallum debet cognosci per pares curiæ ab eis electos, inter duos autem vasallos debet cognosci per eorum dominum: si vero inter vasallum, & extraneum per iudicem ordinarium est talis causa dirimenda. h. d.

1 c ¶ *Diziendo el señor.* Idem si controuersia sit super inuestitura vel super violentia facta per dominum vasallo in feudo secundum Inno. in c. cæterum. de iudi. Bald. in d. §. præterea. el fi. de proho. feud. alie. per Fred. vel si vasallus dicat se vasallum, & dominus neget, vt in c. 1. de contro. inter vasa. & episco. de benefi.

2 d ¶ *Otros vassallos.* Isti dicuntur pares curiæ, vt in cap. 1. & ibi Bald. si inter domi. & vasallis. oriatur & debent præstitisse iuramentum fidelitatis, vt possent dici pares curiæ & cognoscere de causa feudali Bald. in l. summa rerum col. 5. ff. de rerum diuisio. & dicit Soci. con. 12. 5. vo. q̃ in regno Franciæ viget ista consuetudo parium, & dicit Bal. q̃ sunt quatuor curiæ in feudis vi. eum in c. vnica an apud iudi. vel curi. domi. & quid si dominus non habeat alios vasallos, & sic deficiunt pares curiæ dic quod tunc cognoscet iudex ordinarius, & idẽ si pares curiæ essent necessario producẽdi in testes, vt tradit fran. de Are. in ca. cæterum. col. pen. de iudic. & Francischinus Curtius. in suo tracta. feuda. 7. parte ad fin. & forte hodie de consuetudine regni de omnibus istis causis feudalibus cognoscetur in regalibus auditorijs, cum videamus de omnibus causis, ibi cognosci, & non sit in vsu recurrere ad istos iudices feudalas, pro quo vide quod notat Bal. in dict. cap. imperialem. §. pręterea. si inter duos de prohi. feud. alie. per frede. Abb. in c. nouit. col. 3. de iudi.

e ¶ *Vno o dos dellos.* Adde. capit. imperialem. §. præterea si inter duos. de hi. feu. alie. per frede. & ibi glo. notabilis & vi. etiam per Bal. an isti pares debeant esse de eadem prouincia. adde eundem in versi. si qua cõtrouersia. de pace constã. & nota q̃ & si vasallus sit clericus, pares curiæ possunt esse iudices secũdum Bald. in cap. 1. de contro. feu. apud pares termin. & etiam licet pares sint minores ipsis litigatoribus secundum Bald. i prooe. decreta. & sequitur Felin. in capit. cæterũ. de iudi. quid tamẽ, si pares curiæ nollent, vel nõ auderent cognoscere vel alias essent domino nimis fauorabiles vi. Andr. de Yser. & Bal. in dicto §. pen. Bald. in cap. 1. an apud iudicem vel curiam domi. & quid si non agatur de feudo iam constituto sed de cõstituendo de nouo vi. Abb. in d. c. cæterũ. & an isti possint in casu recõuentionis super re non feudali cognoscere. vi. Bal. in c. 1. de contro. feud. apud pares termi. & in d. §. præterea. & quid si agatur possessorio super feudo vi. gl. in d. ca. cæterum. & per Bal. in c. 1. apud quos contro. feud. debet deci. 3

f ¶ *E estar por lo que ellos juzgaren.* Ad quem autem appelletur in causis feudalibus vi. per Inn. & Ioan. And. in d. c. cæterum. non possunt tamen isti pares dominum bannire, vt dicit Bald. de milite vasa. qui contumax est colum. 3. 4

g ¶ *El los deue oyr e librar.* Adde d. cap. imperialem. §. pręterea si inter. de prohi. feud. alie. per frede. & cap. 1. de contro. feud. apud pares termi. & d. cap. cęterum de iudi. & si quæstio est inter duos comites vel barones solus princeps cognoscit. c. 1. apud quem, vel quos contro. feudi. debet termina. vi. de hoc late per francischi. Curti. in suo tracta feud. vlti. parte vi. glo. notab. & ibi per Bal. de inuesti. in mari. facta, & nota quod si non constat de domino: qui litigantes producunt diuersos inuestitores, tunc cognoscet iudex ordinarius, vt in §. si tres. & ibi Baldus in fi. de pace tenen. & Abb. in capitul. cæterum. de iudi. colum. 5. 5

h ¶ *Ordinario.* Vi. glo. & doct. in dict. cap. cæterum. 6

¶ *Titulus.* XXVII.
De amicitia.

i ¶ *Passa todos los debdos.* Vir amicabilis ad societatem magis amicus 1

cio, o por conoscēcia. Queremos aqui dezir delos otros debdos, q̃ han los omes entresi, solamente, por amistad. E mostraremos, q̃ cosa es tal amistad como esta, e aque tien pro. E quantas maneras son della. E como deue ser guardada, despues q̃ fuere puesta e por quales razones se puede partir.

¶ Ley. I. Que cosa es amistad.

